



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis  
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et  
Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in  
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus  
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum  
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque  
omnibus in utroque Foro ...

Tractatus Primi Pars I. de Servitutibus Prædialibus, Usufructu, & utroque  
Retractu, Pars II. de Emphyteusi, Pars III. de Locatione & Conductione

**Luca, Giovanni Battista de  
Coloniae Agrippinae, 1691**

Disc. LIV. Romana reductionis canonis. An & quando emphyteuta ex rei  
emphyteuticæ diminutione petat canonis, seu alterius responsionis  
diminutionem, quæ sibi concedenda sit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74102](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74102)

tum fuit, quoniam in formulario tunc urgente id non concinatur.

Dedictum autem fuisse plenum jus cum omnimo-  
da translatione illorum bonorum in lineam emen-  
tium, m̄hi probabile videbatur, Tum ex ea circum-  
stantia, quod emptores solliciti fuerunt, ut ceteri a-  
gnati in investitura comprehensi consenserunt huic a-  
lienationi pr̄stanter, eorum aliquibus etiam pro evi-  
tione fidejacobib⁹, seu æquæ principaliter se obli-  
gantibus. Tum etiam ob inversimilitudinem acquir-  
endi bona stabilita tanquam per speciem commodi-  
tatis potius quam dominii, durante solum vita vel  
jure venditoris; Omnipotens siquidem in verisimile est,  
quod potius hujusmodi bona quamvis differentia, &  
ad certas generationes seu lineas restricta acquirantur  
pro generatione vel linea propria, non autem aliena,  
ut sequi dicitur, quando emptor assensum obtinet a  
domino directo tanquam per implicitam refutationem  
a priori possessore in manu domini, novamque  
investituram ab isto factam ex integro novo acqui-  
renti, cuius profindè linea, non autem illa venditoris  
attenditur, iuxta veriorem sententiam, quam formi-  
ter discuso articulo firmavit Rota decr. 82, par. 6.  
rec. quæ reputatur in materia magistralis plures in a-  
liis canonizata, ubi habentur auctoritates & funda-  
menta, cum verè sit opinio probabilior, communī u-  
sui & commercio magis adaptata, & conferunt quæ  
33 simili de venditionibus officiorum vacabilium seu  
locorum montium, ac etiam feudorum, aliorumque  
hujusmodi iurum in libero commercio non existen-  
ti, neque ad extraneos transmisibilium si quenter  
in proposito habentur sub ita de regalibus ad materiam  
officiorum & locorum montium, ac etiam sub altero de  
feudis Lice in Sarasinat⁹ feudorum Coccino impress⁹  
apud Capye.lar. consule, 75. id ponatur in quaestione  
ob Bullam Pii V. de quo in eadem Sarasinat⁹. coram  
Dunozero inter suas decr. 748. & 760. & post Con-  
trarium decr. 18. & 19.

Unde propterea illa instrumenti verba, per quæ  
dicebatur, venditorem suum jus emphyteuticum ven-  
dere, & in quibus ego & ceteri iustificabamus, statu-  
tibus præmissis, percurrete videbantur expressionem  
qualitatib⁹ bonorum, in ordine ad dominium direc-  
to. In Ecclesiæ, & ne alias, etiam quoad istud ac ple-  
no jure venditio facta conferetur; Et sic isto respectu,  
rectè ad favorem venditoris & fidejussorum evictio-  
nis intrabat dicta conclusio, de non præstanda evicti-  
one resultante ex natura rei, cuius tamen casus ob de-  
volutionem non de facili contingit, dum Ecclesia,  
vel de consuetudine, vel ob Bonifacianam, ita exten-  
sam pro se non retinet, sed denud concedit, seu ren-  
ovat, unde propterea ista acquisitiones fieri videntur  
quodam jure perpetuitatis, cum solo onere solvendi  
ea emolumenta, quæ pro renovationibus præstari so-  
lent, in hoc solum differentia ab aliis bonis allodiali-  
bus & liberis; Et in his erat mea difficultas, ut potè  
percidentibus substantiam voluntatis partium, po-  
tius quam in clausulis ac formalitatibus verborum,  
super quibus tam in his materiis, quam in illis ultima-  
rum voluntatum ac aliis, in quibus ambiguae volunt-  
atis quæstio sit, mihi nunquam placuit principaliter  
immorari, solumque illa attendere accessoriæ seu fa-  
miliatæ, aut administrativæ &c. cum frequentius  
sint verba Notariorum, quæ partes non attendunt,  
neque eorum vim percipiunt, ut in proposito quæsti-  
onis, ac magis capitulii quam instrumento deferendū sit, habetur aetum diuina Romana Casalis vete-  
ris hoc tū. Afc. 14. Et magis discussa materia in Romana  
fideicomissi de Pepulæ in sua materia sub ita de fidei-  
comissis. Adhuc tamen ob dictum motu longe

inferioris pretii, quo ista bona discretivæ ab aliis va-  
lutata & respectivæ distracta erant, non improbabilis  
videbatur auctorum prætentio, unde propterea ad-  
huc remaneo indeterminatus, cum hinc inde proba-  
bilitates urgere videantur, ideoque videretur causa  
compositione digna.

## R O M A N A REDUCTIONIS CANONIS

P R O

JOANNE BABTISTA

AQUILANTE

C V M

N.DOMINO DIRECTO,

*Causa pendet in Rota.*

An & quando emphyteuta ex rei emphy-  
teuticæ diminutione petat canonis seu alterius responsonis diminutionem, quæ si-  
bi concedenda sit.

## S U M M A R I U M

- 1 F Act series.
- 2 De decisionibus negantibus reductionem cano-  
nis
- 3 Quomodo quæstio hac decidi debat.
- 4 Sires emphyteutica perit in parte, an minuantur ca-  
non.
- 5 Si contractus tractu temporis fit iniustus, an si redu-  
cendus ad iustitiam.
- 6 In contractu emphyteutico intrat etiam laſio iuxta ter-  
minos. II. 2. C. de rescindend. vendit.
- 7 An detur laſio ex parte domini, & de ratione differen-  
tiaenter dominum & emphyteutam;
- 8 In contractibus attendit non debet nomen seu nuncupa-  
tio, sive substantia aliud denotat.
- 9 De consideratione que habenda est immertienda laſio-  
ne,
- 10 In casu laſionis, quia practicari non potest remedium  
reservoirum, intrat diminutio canonis,

## DISC. LIV.



Oſſidente ex maiorum successione  
ſeu alio titulo Aquilante vineam de  
directo domino N. ſub gravi ca-  
none partim in pecunia, partim in  
multo importante juſtos circiter  
30. pro qualibet petia, cum poſſel-  
ſet hujusmodi præstationem nimium duram & laſi-  
vam prætenderet, judicium iuſtituit ſuper  
illius diminutione, ac reductione ad iustitiam  
& equalitatem, atque delupper, unam vel duas  
ſententias reportavit, unde commiſſa per appella-  
tionem cauſa in Rota coram Bevilqua, in hoc ſtatū ex  
parte dicti Aquilantes qualificati cauſatum Patroni,

ad

ad scribendum requisitus sui, dubitandi causas seu rationem præbentibus quibusdam modernis resolutionibus in Romana emphyteusi 14. Maij 166. coram Carpinea, & in Romanacanonum 21. Iunii eiusdem anni coram Cerro, pro dominis directis contra emphyteutas vel conductores editis super hujusmodi diminutionis seu reductionis degeneratione, quarum disputationum occasione, scribentes hincidet, cum magno labore curarunt cumulare auctoritates quasi per classes, ac etiam disputare super natura concessionis, an scilicet contineret magis emphyteusim, quam locationem perpetuum vel censum aut livellum, vel e' contraria, quasi quod à contractus natura & qualitate id penderet, atque super his, ut dictum est, magni habiti fuerunt labores.

Mihi in dictis aliis causis non scribenti, cum praesertim in illa coram Cerro requisitus, ob insinuam valitudinem, qua tunc detinebar, id explicare non potuerim, Occasione scribendi in ista causa, & penderandi, an dictae resolutiones obstant necne, pro meo iudicio videbatur articuli seu questionis determinationem magis pendere à distinctione casuum, ex quorum, seu questionum diversitate dritimi videntur difficultates, atque ad concordiam reduci plures auctoritates, qua invicem pugnare videntur, ita ut non in numero seu congerie auctoritatum, sed in eorum distinctione, & congrua respectivè applicatione punctus consideretur, ut frequentius in omnibus fere aliis forensibus questionibus hodie verificari videatur.

Primus igitur questionis casus esse solet, ubi res in emphyteusi vel sub alio contractu aut titulo concessa perit in parte, ita ut concurreat accidentalis diminutio substantiae illius rei, qua est causa productiva operis annua præstationis, quæ ita efficiatur gravis, Et ista est propriæ questionis tractata per Castren. & alios in l. 1. Cod. de jur. emphyt. de qua post antiquiores ab eis relatios agunt Thes. dec. 20. Surd. dec. 198. Corbul. tit. de caus. præstationis ob non solutionem ampliar. 12. A. mat. resol. 14. Capyc. Lar. & Adden. decif. 18. ex quibus & aliis apud eos habebut, probabiliorem videti contra emphyteutam seu conductorem, rejecta distinctione per aliquo tradita, an canons esset modicus in solam recognitionem dominii, vel magnus respondens fructibus, & hanc sequuta est Rota in dicta Romanacanonum 21. Iunii 1666. coram Cerro. Quicquid autem sit de istius casus seu questionis veritate, illam in praesenti examine non oportebat, cum non essemus in casu, solisque præmissa obiter insinuabam, ad dignoscendum, quod auctoritates istum casum percutientes erant extraneæ à nostra questione, id est incongrue super ea cumulabantur, & consequenter dicta decisio non præstabilit obstatum.

Alter casus est, ubi non immutata ipsius rei substantia seu causa fructuum productiva, atque contractu, sive emphyteusi, sive perpetua locationis, de tempore quo initus est, justitiam & qualitatem continent, contingat ex tempore vel alii accidentibus illum effici unius ex contrahentibus laesivum, atque ad inuitum vel iniquitatem reduci, & tunc intrat altera questione, tam emphyteutæ seu conductori, quam econverso domino seu locatori communis, an scilicet contractus, vel ratione augmenti, vel respectivè ratione diminutionis effectus in iustitiam & qualitatem debet, de qua questione cæteris antiquioribus relatis plene agunt Lare decif. 71. & The saur. dec. 226. & de hac agitur in dicta Romanacanonicali 14. Maij 1666. coram Carpinea, & in Romanacanonum 21. Iunii eiusdem anni coram Cerro, cadente

Card. de Lnc. de Emphyteusi pars II.

desuper etiam materia textus in cap. suggestum de dictis, de qua in Calaguritanæ decimaram Sancti Ascensionis 26. Iunii 1658. & 7. Februarij 1659. coram Cerro, de qua causa haberur actum in sua materia sub tit. de decimis, Ac etiam occasione mutationis monetarum seu alterius accidentis agitur in Landen. census sub tit. de alienationibus & contractibus, & alibi, quo casu considerari soleant circumstantias ponderatas præsettis in his specialibus terminis in supra allegatis decisionibus coram Carpinea, & Cerro, an felicet adsit necne susceptio quorundamque casuum, eorumque renuntiatio, ad instar eorum, quæ habentur sub tit. de locato & conducto, Ac etiam sub altero de Regalibus occasione appalatum Cameralium super cessante dispositione textus in cap. potuit, & cap. propter sterilitatem extra locati, cuius tamnam questionis veritas mature examinata non fuit, Tum ob laudabilem Curia stylum forensem, non evagandi in superfluis, seu extraneous à casu præcisæ questionis, Tum etiam quia ita pro meo iudicio est magis questione facti, quam iuri, certam uniformem determinationem non recipiens, sed ex singulorum casuum particularibus circumstantiis decidenda, ideoq; pariter hæc incidenter & remissive insinuabantur, circa tam superfluitatis seu evagationis vitium, ad effectum distinguendi auctoritates de uno vel altero casu loquentes, & ne illæ quæcumque percutiunt, alteri omnino diverso applicentur, ut frequenter contingere solet.

Tertius deum, omissis aliis ad rem, non facientibus, est casus præcibus cadens in ista controvicia, ubi scilicet contractus ab initio, & in sua creatione est injustus & enormiter laesivus, quia neppè res sub emphyteusi vel locationis titulo concessa si sub cunctone vel responsione longè excedente ipsius rei fructus seu emolumendum, & de hac propter agunt post alios ab eis allegatos Cagnol. in l. 2. Cod. de rescind. vend. numer. 203. cum sequen. Thes. dec. 120. Prat. discep. 25. lib. 1. num. 30. cum sequen. Barbos in cap. tum dilecti nro. 17. & 20. de empione & vindictione Fulgar. de emphyteusi in de contrachemphyt. quæst. 28. ex quibus liquet, quod licet non defiat contradicentes, ut in omni materia contingit, magistramen communis & recepta videatur opinio, quod etiam in isto contractu in trenta termini textus in l. 2. de rescind. vendit. & in cap. 2. & 3. extra de empt. & vend. ut etiam admittere videatur Rota in dicta Romanacanonicali coram Carpinea, & prius in Romanacanonum 12. Decembri 1664. coram Bevilacqua. Unde cum in hac facti specie iustificaretur, quod terrenum datum in emphyteusim ad effectum ibi plantandi viueam, ad summum fructuare ad rationem sularum octo pro qualibet petitia, responso autem tam in pecunia, quam in multo respectivè importaret sularum circiter 30. ita laesio remanebat nedum enormis, sed enormissima redolens dolum præsumptum, quem Rota pluries præsertim in Romanacanonum 19. Aprilis & 28. Iunii 1660. coram Urospio sequendo opinionem, de qua apud Fontanell. dec. 64. & sequen. creditur, quod tunc esset ultra bestem, ut in praesenti contingebat.

Difficultatem facere videbatur consideratio, quod ageretur de contractu emphyteutico, qualem partes expresse facere professa erant, & consequenter quod regulandus non esset à fructibus, & an illis ad æquaret responsio nec nō, cum id attendatur in contractu perpetua locationis, ita distinguenda ab emphyteusi, juxta deducta apud Burat. dec. 33. 4. nro. 1. & hoc in pluribus, præsertim in Romanacanonicali media via discurſ. 30. ac propere cum dominus & emphyteuta sint correlativi, quemadmodum ex parte domini allegat.

allegabilis non est hæc lœsio juxta dictam regulam text. in l. 2. de rescind. vendit. quia de natura emphyteufis est, ut quid modicum pro sola recognitione dominii non habita ratione fructuum præstetur, ita econverso ne contrahentes ad imparia judicentur. Verum hæc difficultas non videbatur considerabilis, quoniam eadem ratione intrat lœsio ex parte domini, vel quia dicatur beneficium, quod alteri impenditur, vel ob onus fidelitatis & servitii; Ita ad instar in emphyteusi, ob onus meliorandi ac reducendi rem de malo & inculto statu ad bonum & fertilem, in quo propriè emphyteufis, juxta frequentiorem ac regularem naturam consistere dicitur, sumpto etiam argumento ab ipsis vocabuli etymologia vel significatio, & quia concedere rem pro modica recognitione, est propriè facere auctum concessionis connaturalem; Non sic est in casu converso, quoniam ita esset imponere legem verbis & non rebus, atque impro priando contractus emphyteutici naturam & proprietatem, sub istius vocabuli pallio operire ac licitam reddere enormem vel enormissimam lœsionem, i deoque non vocabulum seu denominatio, sed potius substantia seu effectus attendi debet, ut in proposito concessionis emphyteuticæ sub facultate affrancandi canonem pro certa summa ab initio constituta, ut 8. judicetur magis emptionis & venditionis quam emphyteufis haberet apud Franch. dec. 392. num. 2. & seqq. & Merlin. dec. 210. num. 7. cum aliis in proposito reguandijure emptionis & venditionis illum contractum, quem permutationis partes facere profitebantur, habetur in Ferrarens. gabella contractuum subtit. de regalibus ad materiam velligatum dsc. 49. cum similibus.

Majorem difficultatem mihi reflectendo ad veritatem, faciebat consideratio, ab eventu seu frequenti experientia nimium comprobata, quod hujusmodi concessiones terreni, alias segeribus vel palciis de sui natura destinati, ad effectum plantandi vineas solent esse damnoꝝ propter periculum, quod ipsum terrenum concedenti remaneat inutile, dum ob hujusmodi rei status immutationem, quatenus vineæ cultura deferatur, atque ut dici solet, efficiatur sodum, ad neutrum utsim ille locus servit. Verum licet ista sit circumstantia satis considerabilis, non tamen tollere videtur motivum lœsionis in torum, sed solum illud moderatur, ut scilicet de hoc periculo seu even tu ratio habenda sit, ad quantum iste incertus even tus estimari valeat peritorum judicio, nā etiam in hujusmodi incertis & eventualibus datur hæc estimatio juxta opinionē, in qua residet Rota admittendi istos terminos textus in l. 2. Cod. de rescind. vendit. etiam in translationibus, ut sub tit. de emptione, & venditione pluries, ubi de materia lœsionis ac evictionis respecti ve. Sive ubi concessionarius bene asscurat concedentem, ita ut etiam in casu delertotis vineæ ipse tutus reddatur de canone, seu alias prudentis judicis arbitrio, Semper tamen retento dicto principio, quod præstatio non sit adeo excelsiva, nam alias est corrum pte contractum emphyteuticum, in quo regulariter responsio debet importare quid minus, quam fructus naturalis, onde propter ea de facto videmus, quod ipsa bona stabilitas estimantur in fructu ad rationem quinque vel respectivè quatuor pro centenario, hujusmodi vero canones estimantur ad rationem trium circiter &c.

Et sic magna differentia est inter primum & secundum casus supra exemplificatos, ac istum tertium, i deoque auctoritates & decisiones illos percipientes, & quæ pariter in isto consarcinabantur, ab eo dicebam

extraneos, malèque applicatos, quamvis in suis casibus essent vera.

Quia vero in hac specie lœsionis practicari non potest præcisa dispositio dictorum jurium in d.l. 2. de rescind. vend. & cap. 2. & 3. de empt. & vend. circa alternativam ibi præscriptam, quia statibus melioramentis & expensis super immutatione rei de uno statu in alterum, tale remedium in ejus forma præcisa est impracticabile, idcirco intrat judicis officium pro reductione canonis, ita redigendo contractum, ad justitiam & æqualitatem per quamdam speciem secundi casus supra exemplificati, & tanquam ad instar, licet revera sit diversus, ut in specie advertunt Caldas, in l. scuatorum habens verb. implorare num. 7. Barbos in cap. cum dilecti de empt. & vendit. num. 17. in fine, atque ita practicatum fuit apud Thesaur. dicta decis. 120 adhuc tamen casus disputatio sequuta non est, ideoque nullum defuper potuit efformari judicium.

## ROMANA CANONUM

PRO

FRANCISCO PAVONIO

CUM

PRINCIPE PRÆNESTINO

Casus disputatus coram AC.

An pro canonibus competit via executiva contra tertium possessorum rei emphyteuticæ.

S V M M A R I V M .

1. F. *A Eliseis.*

2. Pro canonibus non competit via executiva,

3. A C. procedit executive in omnibus casibus, in quibus alia Tribunalia ita procedere possunt.

4. De Statuto Urbis concedente viam executivam pro canonibus.

5. In Regnis urinque Sicilia pro censibus proceditur executive & contra tertium, quod declaratur.

6. An pro canonibus competit hypotheca legalis.

D I S C. LV;

**D** EVENTA judicialia auctoritate in Pavonium qualificatum Curialem, ut quam possessoris creditorem vires emphyteutica de dicto dominio Principis Prænestini, hic pro canonibus decurris, tam pro tempore, quo idem Pavonus possederat, quam in majori quantitate debitum per ejus auctorem, cum pullare coepit ad solutionem coram A. C. cum processu executivo ex Statuto Urbis 88. disponente causas canonum, pensionum, ac similium annuarum præstationum, suumariæ tractandas esse absque figura